



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

416. De filiis non legitimis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 189
procurent, usque quo ab opere conjugali ex
consensu se valeant abstinere.

De filiis non legitimis.

CCCCXVI. Filij verò ex hujuscemodi
vituperabili conjunctione ante conjugium mi-
nùs laudabile procreati, ad ecclesiasticam dig-
nitatem nullo modo provehantur, nec de tali
conjugio generati ecclesiasticis ordinibus ap-
plicentur, nisi fortè eos aut maxima Ecclesiæ
utilitas aut necessitas postulet, aut evidens
meritorum prærogativa commendet.

Concil. Meld.
c. 64. & 1. q.
7. cap. *Talis
conjugio.*

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

CCCCXVII. Si quis incestas aut nefas-
tias nuptias inierit, nec uxorem habet nec fi-
lios. Nam hi qui ex hujusmodi conceptione
nati fuerint, quamvis videantur nasci, patrem
nullatenus habere censentur, & tanquam si
de adulterio concepti fuissent deputantur.

Gaij Institut.
tit. 4. 1
Vide lib. 2.
Leg. Longob.
tit. 8. c. 4. 5.

Ecclesiastica dignitas non recipit filios ex
illicito concubitu natos.

CCCCXVIII. Eos itaque quos publi-
cæ leges non admittunt, sed velut infamiæ ma-
culis resperfos respuunt, & quasi degeneres
despiciunt, ecclesiastica dignitas nullatenus
recipit; præsertim cùm nihil maculosum Deo
rite possit offerri vel ejus servitio applicari.

Ut nullus alterius suscipiat Clericum. *In
canonibus Apostolorum.*

CCCCXIX. Episcopus apud quem
Clericos alterius moratos esse constiterit, si

Canon. Apo-
stolor. c. 16.